

ergò: quod non fuit idolum; sed aliquod lignum, vel alia res, habens longitudinem & latitudinem, similem corpori humano; ita ut posset illud aliquo modo representare. Paulò post: Litera Ebraea posuit Teraphim; quod Teraphim, significat idolum seu simulacrum. Et sicut ponitur idolum, simulacrum alicujus rei, quæ colitur; ita istud, quod ponebatur in lecto, ponebatur, ut esset simulacrum Davidis dormientis. Et sic vocatur Teraphim, non ad colendum; sed ad representandum. Comm. in h. l.

19. Ex LXX. Interpretum versione, qui pro LXX. In- כְּבִיר הָעֵינַיִם i. e. pelle caprarum, posuerunt ἡπαρ τῶν terpretum αἰγῶν i. e. epar caprarū, natū videtur istud, quod tradit à textu Ebraeo abiit. Josephus: Melcha (i. e. Michal) Davidis uxor, & Regis filia, parato lecto, tanquam egrotanti, ὅπως εἴσοι τοῖς ἐπιβολαίοις ἡπαρ αἰγῶν i. e. stragulis jecur capræ recens exsectum subjecit: diluculoq; venientibus, quos Pater (Saul) ad Davidem miserat, ostendit lectum opertum; et, quod palpitatione jecoris stragula moveri viderent, maritum egrum anbelare persuasit, addens, totam noctem inquietam eum exegisse: ut interpretatus est Sigismundus Gelenius.

20. Eadem sententia placuit Theodoro, quæ st. XII. in l. Lib. Regum. Ponit in medio jecur capræ recens occisa; ut motu quodammodo imitetur respirationem. Satis enim movetur etiam post cadem ejusmodi jecur. At verò in Scriptura Sacra vox nulla adparet, quæ jecur significet. Nec vero præterea simile, eam caprini jecoris futuram palpitationem sub stragulis, quæ foràs se prodat, & respirantis s. hominis stertentis speciem referat; ut notat etiam Caspar Sanctius Comm. ad h. l.

21. Deniq; & hoc non prætermittendū, quod in vulgata Versione h. l. pro כְּבִיר הָעֵינַיִם modò ponatur *statua*, modò